



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Bonacinæ Vtrivsque Signatvræ Referendarii
Compendium Omnium Operum de Theologia Morali,
omnibusque conscientiæ nodis**

Bonacina, Martino

Coloniæ Agrippinæ

G.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41152

var. *reg. peccatum* 3. p. n. 3. Joan. Medin. *C. de restit. q. 10.* citari à Solon. distinguant. *l. c.*

Quæres: Num liceat furem occidere in defensione propriarum rerum. Resp. 1. Ecclesiasticis non licere, quia est contra can. 2 etiam non licere laico, quando potest aliter furtum recuperari, aut fur vivus comprehendi: licet autem, quando aliter tueri bona non potest, maxime si sint alicujus momenti. Nota, laico licere illum terrere, & repellere à furto, extracto gladio, si autem tum se defendat, licet occidere, tamquam vitæ defensores.

Quæres: An qui emerit rem furtivam, postquam resciverit, rem esse furto ablatam, possit restituere venditori, ut recuperet pretium suum, Sor. & Med. dicunt, quòd debeat restituere domino, sed probabilius Sylv. Nav. Gab. Aug. dicunt, posse restitui venditori, Rat. quia quisque sibi potius, quam alteri debet consulere. Si objicias, eum cooperari furti, in re aliena, maxime si sciat, eum non redditurum. Resp. Illius culpa id non accidere, sed furis, & satis est, si pretio recepto, furem de restituendo admoneat. Resp. eum qui rem alienam bona fide consumpsit, vel bona fide alteri vendidit, nihil debere restituere, nisi fortè, in quo factus est ditior. Resp. 3. Eum, qui mala fide habet rem alienam, ut qui accipit illam scienter à fure, debere restituere, etsi eam consumpsit, nec ditior inde factus. Rat. Quia ille verè est particeps furti. ergo, Busæus.

Restitutio propter homicidium.

Vide v. *Homicidium.*

G.

Gabella.

Gabellam potest imponere, qui superiorem non habet in temporalibus, & cui ipse id concesserit, vel consuetudo præscripta. Syl. *gabella* 3. à n. 1. Val. t. 3. d. 5. q. 6. p. 5. col. pen. Lopez p. 2. c. 36. Tol. l. 3. c. 73.

Potest Episcopus in Ecclesiis sibi pleno jure subjectis, cum Capituli consensu, ex causa tributum, seu pensionem imponere.

Potest,

Potest, urgente necessitate, dominus temporalis, vel
 communitas imponere talliam seu tributum, non enim
 prohibitum, sed gabella ordinaria populum gravans. *Vid.*
Sylv. l. c. n. 4. Fum. eo. n. 11.

Novæ gabellæ non obligant secundum quosdam, nisi
 constet legitimè impositas. *Cajetan. 5 vectigalia in qua. d. 11.*
 in dubio volunt gabellas centeri justas: præsumendum enim
 pro Principe. *Fu. l. c. n. 11, Arrag. q. 62. art. 3 pag. 161. Gab. d. 15. q. 5. Joan. med. q. 15.*

Deprehensa res ante locum, quem exire non licet, non est
 confiscanda, poterant enim, qui ferebant, poenitere, & redi-
 dere.

Gratia.

Gratia exemptionis ob numerum certum filiorum, de-
 rat etiam mortuo aliquo illorum.

Gratia non expirat morte concedentis, nec ante certifica-
 tionem de revocatione. *Suarez. 1. 3. d. 36. sect. 2. prop. fin. Navar. conf. 2. de offic. deleg. Vid. c. si cui nulla de prob. l. 6 Navar. c. 1. de
 cuit. de poenit. d. 6. n. 34. & 162. Certificationem) Fum. d. 15. q. 5.
 Gratia n. 6. Sanchez. tom. 1. de matr. m. l. 3 d. 30 n. 11. Azor. l. 1. c. 3 q. 6. Vid. Sayr l. 7 c. 14. n. 7 de cens.*

Gratia eligendi confessorem, aut absolvendi à casibus,
 vel dispensandi, non expirat mortuo concedente. *Nav. l. 1. c. 34. neque suscipiendorum ordinum à quolibet Episcopo
 Card. in clem. si. de elect. q. 6, & Navar. ibid. c. n. 103.*

Gratia Principis intelligitur sine præjudicio tertii, alio
 saltem, quam excepto, *cap. super. eo. de off. deleg. Navar. conf. 2. de judic. num. 3.*

H.

Heres.

Vide v. *Testamentum, Substitutio.*

Heres postquam hereditatem adivit, tenetur ad per-
 solvenda testatoris debita realia, & legata ab ipso re-
 licta. Heredi deliberanti an velit hereditatem adire conce-
 duntur tres menses à die qua novit se institutum heredem,
 intra